

constat ex Matth. XXVIII. porro solis apostolis eorumque legitimis successoribus jus praedicandi tribuit Christus, ergo et baptizandi. 2. Hinc nusquam legimus in Scripturis a laicis administratum esse baptismum. 3. Quare nec s. Gregorius Nazianzenus nec s. Satyrus, licet in evidenti naufragii periculo constituti, existimarent se potuisse a laicis tungi; 4. Aliter etiam poenitentia peti ab ipsis posset, quae post lapsum ejusdem est necessitatibus ac ipsum baptismum. 5. Constitutiones apostolicæ interdicunt laicis usum conferendi baptismum. 6. Cyprianus, Firmilianus, Basilius volebant baptizatos ab episcopis haereticis considerari *tanquam a laicis baptizatos*; id est, invalide juxta eorum principium (1) : 7. S. Hieronymus in dialogo adversus Luciferum concedit a laico poenitendum esse *sacerdotium laici*, seu baptismum ab Ariano episcopo, id est, in eorum hypothesi a laico receptum 8. Quod si concilium Illiberitanum facultatem facit laico baptizandi in necessitatibus casu, adjicit tamen: *Dummodo lavacrum suum integrum habeat, nec sit bigamus*. Ergo.

Resp. Ad. 1. *Dist.* Publice et ex officio, C. privatum et necessitate cogente, N. Nam privatim etiam laici alios docere possunt, prout id praestiterunt Aquila et Priscilla, ut legitur in actis apostolicis (Cap. XVIII. 26 et seq.)

Ad 2. Tr. Ex traditione propterea, perinde ac plura alia doctrinæ capita, talis est depromenda facultas. Ceterum non desunt, qui contendant, Anatianam, a quo baptizatus est Paulus, fuisse simplicem fidem, necon frates illos, a quibus jussu Petri tinctus est Cornelius cum domo sua (2).

Ad 3. Dist. Quia non putarunt se in tali constitutos esse periculo ut Satyrus, ut licite possent a laicis petere baptismum, C. quasi putaverint absolute non posse a laicis baptismum administrari, vel *Tr.* (3), vel, N.

(1) Epist. s. Basil. CLXXXVIII. ad Amphilioc. cap. 1.

(2) Perperam Turretinus Loco XIX. de Bapt. § 12. evadere tentat, dum respondet pro privatis habendos non esse, qui jussi et auctoritate apostolorum baptismum administrarunt; perperam, inquit, cum Ecclesia in pastorali officio eadem potestate fruatur, qua apostoli donati sunt *tanquam Ecclesie pastores*: si propterea juxta ipsum valde ac licite deputati ab apostolis baptismum contulerent, valde ac licite conferunt ii omnes, qui in necessitate constituti idem sacramentum conferunt, Ecclesia probante, imo et praeciente. Quamvis, si rectius loqui malimus, non ab Ecclesia, sed a Christo ipso hanc potestatem in ejusmodi casibus laici acceperunt, Ecclesia solum interpres Christi voluntatis est.

(3) Tillenmontus in suis *Mémoires pour servir à l'hist. ecclés.*, tom. II. pag. 557. et seqq. censem, validitatem baptismi per laicos collati tunc adiut non satis notam fuisse gracie, ac ne latini quidem omnibus; hoc vero confirmatum ex factis s. Gregorii Nazianzeni ac Satyri, tum auctoritate s. Basili loco a nobis superiori cit. In hanc pariter sententiam concessit Henschenius in *actis sancti mens. maii* tom. II. in annot. ad cap. 2. vita s. Gregorii Nazianz. pag. 379. Cf. etiam Chardon, *Hist. des sacraement.* tom. I. pag. 332. et seq. qui ostendit, Graecos et Orientales sensim ac sine sensu ab ejusmodi rigore recessisse. Addo porro, non levia vestigia in antiquitate reperiri baptismi a laicis administrati, quique ratus habitus sit. Etsi enim daremus falsam esse historiam, quam Rufinus et ex eo Sozomenus aliisque referunt, baptismatis a puerulo Athanasio collati, cum tamen hi historiographi ratum habitum fuisse ab Alexandro episcopo alexandrinco perhibeant ejusmodi lavacrum, secuti ipsi sunt in hac historia referenti sententiam

Ad 4. Dist. Si laici eadem potestate a Christo prediti essent circa poenitentiam ac circa baptismum, C. Si haec instructi non sunt, N. In his tota ratio facti est voluntas facientis. Ex sensu porro Ecclesiæ traditionali constat, a laicis administrari posse baptismum urgente necessitate, non autem sacramentum poenitentiae. Accedit, infantibus non aliter prospici posse, quam per baptismum; aliquod propterea intercedit discriben inter utriusque sacramenti necessitatem.

Ad 5 Interdicunt constitutiones apostolicæ laicis usum administrationis baptismi solemnis et publici, C. privati in necessitatibus casu, N. ut patet ex orationis serie, in qua agitur de munis sacerdotalibus (1).

Ad 6. Dist. Laicis non christianis in ipsorum hypothesi, Tr. vel, C. fidelibus, N. Rebaptizantes ut haereticorum, sic etiam a fortiori infidelium baptismi rejicabant (2).

Ad 7. Dist. Arguendo ab absurdo, ut dicitur, et ad hominem, C. ex propria sententia, N. Contendit scilicet s. doctor non esse deponendos ab episcopatu poenitentes, prout volebant Luciferani, eadem ratione, quia non deponuntur a baptismi rite suscepto poenitentes laici (Cf. *Vallarsium in h. l.*)

Ad 8. Dist. Ut liceat, dignioribus presentibus, C. ut valeat, N. Ita passim doctiores canonistæ obscurum hunc canonom exponunt. Petavius censem reipsa ab his patribus nullum habitum esse baptismum a bigamo collatum (3).

In Oriente receptam de valore hujus sacramenti per laicos collati; id ipsum dicatur de facto, quod refert Joan. Moschus, hebrei nempe arena superfusa a laicis baptizata, quod baptismus ea tantum de causa improbatum est, quod non idonea materia fuerit datum, non autem ex defectu ministri, de quo nemo dubitavit, ut legentibus cap. 176. *Prati spiritualis* patebit; miror propterea haec fugisse diligentiam Tillenmonti.

(1) Sic enim legitur Const. apost. lib. III. cap. 10. « Sed nec laicus permittimus quamlibet sacerdotalium functionum usurpare; ut sacrificium vel baptismus, vel impositionem manus, vel benedictionem tum parvam tum magnam. Non enim *quisquam assumū sibi honorem, sed qui vultur a Deo*. Nam per impositionem manuum episcopi datur haec dignitas. Qui autem eam non habet sibi commisum, sed sibi illam rapuit, Oziea supplicium sustinebit. » Eadem fere legitur lib. VIII. cap. 46. necon lib. II. cap. 17. Ceterum de necessitate in toto hoc opere nec verbum quidem. Cf. eruditam adnot. 72. Cotelerii ad cap. 9. lib. III. constit. apost.

(2) Huic esse sensum rebaptizantium, non obscure coligitur ex epist. Firmiliani pag. 149. et 150. edit. Maur. Refrageria tamen Petavius loco hoc operæ nec verbum quidem. Cf. Basilio.

(3) In animadv. ad expositionem fidei s. Epiph. pag. 541. Cf. tamen Card. Aguirre in adnot. in hunc eam, qui integer ita se habet: « Peregre navigantes, aut si Ecclesia in proximo non fuerit, posse fidem, qui lavacrum suum integrum habet, nec sit bigamus baptizare in necessitate, ita ut si supervixerit, ad episcopum eum perducat, ut per manus impositionem perfici possit. » Jam vero doctus hic auctor verba illa: *qui lavacrum suum integrum habet*, exponit de eo, qui gravi aliqui culpa post baptismum non se inquinaverit, neque poenitentiam ullam subierit; prout jam pariter ea exposuerat Albasinaeus. Ex his autem verbis intelligitur concilium majoris tantum decentiae causa statuisse, ut conferendo baptismus in necessitate casu præferatur agamus et culpa vacuus bigamo ac peccatori seu poenitent. Actio enim baptizandi per se spectat ad officium sacerdotale, nil mirum proinde si patres concilii Illiberitani in ejus ministerio *quāvis laico* requisierint quod eo ejus fieri potui, ut proprius accederent ad disciplinam sacerdotalem. Quo refertur celebre illud Tertulliani effatum in lib. *De pudicitia*, de qua suo loco fusius agemus, « Ubi ecclesiastici ordinis non est consensus et tinges, et offens

II. Obj. Invalidum, aut saltem illicitum erit censendum baptismus a feminis administratum. Consentant enim veteres *παροξυστικός* illegitimum esse; Tertullianus: *Non permittitur, inquit, mulieri in Ecclesia loqui, sed nec docere, nec tingere nec offerre* (*Lib. De virginibus velandis. c. 9.*) mulieres propterea, quae tingere audebant vocat *peulantes et procaces* (*De Prescript. cap. 41.*). S. Epiphanius hac ipsa de causa reprehendit Marcionitas et Pepuzianos (*Hæresi XLII. cap. 4. edit. Petav.*); Concilium Carthagin. IV. can. C. statuit: *Mulier baptizare non præsumat* (*Apud Hard. Acta conc. tom. I. col. 984.*) Perperam porro additur a Gratiano et Magistro sententia. *Nisi cogente necessitate* (*Gratianus in decreto P. III. de consecr.* *Dist. IV. cap. Mulier. ed. cit. Magister sent. lib. IV. D. 6.*) quæ clausula concilii non est. Ergo.

Res. Tr. vel Neg. A. Exploratum enim est, nondum atate illa excitatam fuisse questionem de valore baptismi dati ab infideli, hinc nullum documentum afferri potest ex patribus antiquioribus, quod directe aut faveat, aut adversetur ejusmodi baptismi valori. Dixi *directe*: Siquidem veritas haec, ut innuimus, velut in germe continebatur in doctrina de valore baptismi ab haereticis collati, qui ideo valet juxta patrum doctrinam, quia hujus sacramenti minister in nomine et auctoritate Christi agit. Haec enim præter traditionem est ratio potissima ab ipsis adducta, ac præsertim a s. Augustino, prout superius vidimus, ut conficeretur validum esse haereticorum lavacrum. Haec autem ratio æque militat pro valore baptismi dati ab infideli, quia, spectata summa hujus sacramenti necessitate, Christus voluit, ut ministri qualitas seu conditio ejus valori minime obsisteret, quod progressu temporis Ecclesia voluntatis ejus interpres declaravit. Rationes reliqua subsidiariae potius sunt quam decretoriae. Accedit, nondum tunc temporis satis eliqua controversia de valore baptismi collati ab haereticis, nihil mirum esse, si nonnulli inter patres visi sunt vel abjicere, vel saltem dubitare de baptismate a pagano administrato. Atque exinde patet responsio ad similique que objecta sunt.

Ceterum s. Hieronymus in testimonio, quod ex n. 42. Dialogi adversus luciferianos prolatum est, loquitur de eo qui orthodoxus ab haeretico factus perhibetur, non autem de eo qui simpliciter christianus effectus sit, seu baptizatus, ut constat ex tota orationis serie, in qua sermo est de homine ab aria-nis tincto.

Capitularia ab Angeliso et Benedicto collecta, juxta Natalem Alexandrum loquuntur in cit. locis de baptismō, in quo neque servata fuerit forma, neque Ecclesiæ ritus. Haec sane videtur unica ratio conciliandi capitularia illa inter se. Nam ibid., lib. V. cap VI legitur: *Si quis baptizatus est a presbytero non baptizato, et sancta Trinitas in ipso baptismo invocata fuit, baptizatus est* (1).

CAPUT IV. DE BAPTISMI SUBJECTO.

Ex lutherano systemate de justificatione per solam fidem obtinenda, intulit Storchius anabaptistarum patrem, rebaptizandos esse eos omnes, qui in infancia fuerant abluti, utpote fidei actualis incapaces (2). Servetus pariter inficiatus est, infantes tinge-

et sacerdos es tibi solus... *diganus offers, digamus tinges?* Exploratum igitur est, in objecto canone non agi de baptismi valore a poenitente, aut bigamo collati.

(1) *De prescript. loc. cit. Cf. de baptismō a muliere collato eruditum Cotelerium in lib. III. const. apostolic. nota 72. ad cap. 9. et n. 73. ad cap. 10.*

(2) Haec interpretatio est s. Thomæ 3. P. q. 67. a. 4. ad 1. ac alteri præferenda videatur data a Gratiano et Petro Lombardo; quamvis et istorum expositionem ex sese veram exhibeat, imo et priorem supponat.

posse. Sociniani paedobaptismum profane irrident. *Infantes*, inquit Smaleius, *recens natos discipulos Christi fieri, tam est credibile quam psittacos et reliquias aves* (1). Arminiani socinianos, sicut in pluribus aliis articulis, sic et in isto sectantur, ut constat ex Episcopio, Curcellio atque Limborchii (2).

Erasmus contendit interrogandos esse pueros, cum ad annum discretionis pervenerint. *Ratum ne habent quod susceptores illorum nomine polliciti sunt in baptismo: si respondeant, se ratum habere, tunc publice renovet ea professio: quod si negent, omnibus mediis frustra adhibitis*, concludit: *Expedit illos non cogi, sed suo relinqu animo, donec resipescant; nec ad aliam interim vocari pnam, nisi ut ab eucharistia sumenda, reliquisque sacramentis arcean tur* (3). Hoc paradoxum adoptavit Lutherus, et protestantes omnes in proxim deduxerunt, eamque ceremoniam vocant *confirmationem* (4). Sunt præterea qui addunt, permittendum saltem esse pueris cum adoleverint fidei examen, ne *ex entusiasmo*, ut aiunt, seu *fanatismo*, credere censendi sint.

Utrumque errorem convellere in primis satagent, atque ex principiis catholicis rite constitutis, veluti totidem corollaria, veritates ceteras quae huc referuntur, quasque sanxit Tridentina synodus, adversus novatores deducemus.

PROPOSITIO I. — *Præstat parvulos baptizare, licet actum credendi non habeant.*

Est de fide. Eam enim definiuit Tridentinum sess.

homines justificantur, applicando sibi Christi iustitiam, evindens est, infantibus, qui utpote rationis usu destituti incapaces sunt hujusmodi apprehensionis, frusta administrari sacramentum baptismi, aut quodvis aliud sacramentum. Hoc corollarium juxta rigorosas dialecticas regulas deduxerunt Nicolaus Storcius, Marcus Thomas, Marcus Stubner, Thomas Muncer, Martinus Cellarius, qui fuerunt primi Anabaptistarum parentes. Hi porro ex principio lutherano de justificatione in consecutiones delapsi sunt plane contrarias doctrine priorum protestantium, indeoque odium exarsit inter utramque sectam, quae sese usque ad internectionem invicem confederant. Cf. Moehler *symbolique* liv. ii. ch. I. *idem mère de cette secte* (scilicet anabaptistarum).

(1) Contra Franzium lib. v. *Theolog. Christi* cap. 68. pag. 321.

(2) Omnem scilicet paedobaptismi necessitatem excludunt. Cf. Limborchii. *Theolog. Christi* lib. v. cap. 68. § 13. ed. Amstelodam. 1730.

(3) In præf. conscripta an. 1552, in *Evangelium Matthei* paraphras. opp. edit. Lugduni Batav. 1706. tom. vii.

(4) Ita passim protestantes ac pseudo-reformati. Super vacuum est in re adeo nota adducere peculiares testes ad hoc probandum. Sat præterea sit ex recentioribus nonnulla affere, quibus constet, novatores hac in parte a majorum suorum institutis minime recessisse. Sic igitur scribit Wegscheider in suis *Institutionibus theologie christiana dogmatica* § 172. « Addi huic infantium baptismo tanquam initiationis iure iteratione non egenti, suo tempore *confirmationem*, quam dicunt, summa cum gravitate et severitate administrandam, per quam utile est, imo necessarium, primum ut homo adolescentis perfecta religione christiana cognitione instructus semetipsum exploret atque decernat, utrum christianorum societati, cui baptimate adscriptus est, diutus sit nomen daturus, *an ad aliam quandam accessurus*; deinde ut solemnitatem suscipiat et iura et officia, quæ cum illa professione conjuncta sunt. » Sic etiam rem hanc exponunt Stephanus Winke *Zur Vervollkommenung der confirmanden, seu Nutus ad perfectiorem instructionem confirmandorum*. Erl. 1810. H. W. Rodeker. *Ueb. confirmation, etc. De confirmatione, et confirmandorum instructione specimen historico-præticum* Gott. 1825. Bretschneider *dogmat. 5 Tract. Lips. 1828. tom. ii. pag. 667. et seqq.*

VII. can. XII, de bapt.: *Si quis dixerit, neminem esse baptizandum, nisi ea ætate, qua Christus baptizatus est, vel in ipso mortis articulo, anath. sit. Et can. XIII. Si quis dixerit, parvulos, eo quod actum credendi non habent, suscepto baptismo inter fideles computandos non esse, ac properea, cum ad annos discretionis pervenerint, esse rebaptizandos, aut præstare omitti eorum baptisma, quam eos non actu proprio credentes baptizari in sola fide Ecclesie, anath. sit.*

Licet in Scripturis expressum non habeatur de baptimate parvolorum testimonium, hæc tamen veritas ex ipsis colligitur atque aperte insinuatur (1). Ac primo, colligitur ex iis que Christus affirmavit, Joan. III, 5: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu s. non potest introire in regnum Dei.* Hæc autem cum generalia sint, etiam infantes complectuntur, qui quoniam per unius delictum venerunt in condemnationem per carnalem generationem, sic et ipsi per unius iustitiam venire debent in justificationem vitæ per spirituale regenerationem, qua sola infantes sunt membra Christi. Alioquin dimidia fere humani generis pars, quæ tenera illa ætate perire consuevit, extorris esset a beneficio redemptoris Christi. Secundo insinuatur in omnibus iis locis quæ perlibent apostolos baptizasse integras domus, cujusmodi fuerunt Lydiæ purpuraria (Act., XVI, 15), Stephanæ (I Cor., I, 16), et satellitis carcere cœstodientis (Act., XVI, 33) in quibus verisimile est infantes aliquot fuisse.

Verum quod nonnisi implicitè Scripture habent, expresse exhibet traditio et perpetua Ecclesia praxis ab apostolis deducta. Hujus testis est s. Augustinus, qui loquens de parvolorum baptisme: *Hoc, inquit, Ecclesia semper habuit, semper tenuit; hoc a maiorum fidei perceptum: hoc usque in finem perseveranter custodit.* (2) Praecessit Augustinus Origenes, qui in Epist. ad Rom. scribit: *Ecclesia ab apostolis traditionem suscepit, etiam parvulus baptismum dare* (3); praecessit s.

(1) Hic silentio prætermitti nequit novatorum agendatio, qui incusant catholicos inconstitutus ex eo quod provocant ad sacras litteras dum vindicant paedobaptismum ab anabaptistarum incuribus, dum vero nituntur adstruere Scripturarum imperfectionem (id est insufficientem). *a* id dogmata omnia vindicanda aduersus protestantes, qui hoc ipsa dogmata tuentur, adstruunt paedobaptismum ex sola traditione constare. Ita Vossius Disput. XIII. de bapt. thesi I. qui haec de causa Bellarmino succenset. Ast perperam; siquidem Bellarminus lib. i. de Bapt. cap. 8. docet optimo jure ex principiis catholicis adstrui hanc veritatem Scripturarum auctoritate aduersus anabaptistas, nullo autem modo id præstare posse Lutheranos et calvinistas ex ipsorum theoria circa justificationem. Hinc § 11. haec scribit Bellarm. « Secunda classis argumentorum continet testimonia Ecclesiæ, quæ tanquam traditionem apostolorum id semper et docuit et servavit. Utitur hoc argumento etiam Philippus in locis, tit. de baptismo parvolorum, idque tanquam firmissimum in prima acie posuit; sed merito ridetur ab anabaptistis... Nostrum igitur est hoc argumentum, non adversariorum. » Profecto omnia argumenta, quæ ex Scripturis ad assertendum paedobaptismum profert Vossius, veluti inepta rejiciuntur a Limborchii *Theol. Christiana* cap. 68. § 8. et seqq.

(2) Serm. CLXXVI. de Verb. Apost. n. 2.

(3) Lib. v. in cap. VI. Ep. ad. Rom. Quamvis porro hi Commentarii interpolati sint, nec nobis de his supersit nisi versio Ruffini, nulla tamen suspicandi est ratio de veritate

Irenæus Polycarpi discipulus, qui fuit Joannis apostoli auditor, dicens: *Christus Omnes venit per semetipsum salvare: omnes, inquam, qui per eum renascuntur in Deum, infantes, et parvulos, et pueros, et juvenes et seniores* (1). Testis præterea est s. Cyprianus, qui insuper totius earthagiensis synodi a se collectæ nomine rejecit opinionem Fidi episcopi, existimatam nonnisi octavo die a nativitate conferendum esse parvulus baptisma, exemplo ducto a circumcisione, cuius verba alias attulimus (2).

Hoc adeo exploratum erat, ut neque pelagianii id insciarentur, ac inde patres eos propterea perstringerent ad admittendam peccati originalis transmutationem (5). Ergo.

DIFFICULTATES I. Obj. 1. Pædobaptismum nusquam Scriptura præcipit; 2. Imo excludit, dum perhibet Christum sive præcipientem conjunctionem instrutionis cum baptismo: *Docete, baptizantes ut Matth. ult. sive requirentem fidem a baptizandis, ut Marc. ult. : Qui crediderit et baptizatus fuerit; dum inducit apostolos exposcentes penitentiam, ut Act. II, 38 : Penitentiam agite, et baptizetur unusquisque vestrum.* Porro infantes nec instructionis, nec fidei, neque penitentiae capaces sunt. 3. Nec officit generale Christi effatum Joan. III, *Nisi quis, etc. prout nec aliud obstat, quod protulit Joan. VI. Nisi manducaveritis, etc.*, quia infantes mandati incapaces sunt; hinc 4. obsolevit antiquissimum parvulos communicandi ritus, quidni et alius eos baptizandi? 5. Profecto fides omnibus necessaria est ad salutem, dicente Paulo Hebr. XI, 6. *Sine fide impossibile est placere Deo*, qui propterea constanter docet homines justificari per fidem. Hæc tamen conditio a parvulis ponit nequit; sed nec altera ab ipsis præstari potest, de qua loquitur Petrus, Ep. I, cap. III, 21, dicens: *Salvos facit baptisma, non carnis depositio sordium, sed conscientiae bona interrogatio in Deum.* 6. Quare Christus doctrinam suam exemplo confirmavit, qui noluit baptizari, nisi cum esset tringuit annorum; 7. Quem morem secuti sunt viri plures pietate insignes, prout 8, debita rebus divinis reverentia exigit, ut harum nemo particeps fiat nisi qui sanctitatem earum perceperit 9, eo magis, quod injustus videtur, infantibus nescientibus imponeat Christi jugum. Ergo.

verborum que adduximus, cum nullo modo pelagianismo favent, quin potius eidem plane adversentur.

(1) Lib. II. Cont. Hares. cap. 22. n. 4. al. Cap. 59.

(2) Ep. LIX. Ut luculentius pateat, quantum recesserint novatores a veterum sanctorum doctrina circa baptismum ac necessitatem, non abs re erit hic integra verba s. Cypriani subiecte: «Quantum, inquit, ad causam infantium pertinet, quos dixisti intra secundum vel tertium diem non nisi constitutos baptizari non oportere, et considerandam esse legem circumcisionis antiquæ ut intra octavum diem eum qui natus est baptizandum et sanctificandum non putares, longe aliquid in concilio nostro omnibus visum est. In hoc enim, quod tu putabas esse faciendum, nemo consensit, sed universi potius judicavimus, nulli hominato misericordiam Dei et gratiam denegandam. Nam cum Dominus in Evangelio suo dicat, *Filius hominis non venit animas hominum perdere, sed salvare*, quantum in nobis est, si fieri potest, nulla anima perdenda est. » Edit. Maur. pag. 98.

(3) Cf. Nat. Alexand. Dissertat. XIII. in sect. 11. et 12. *De baptismo infantium, contra petrobians, in waldensibus, albigenibus, et anabaptistis redibivos.*

Resp. I. Hæc aliaque ejusmodi ex constanti ac perpetua Ecclesia praxi, quæ ab apostolis originem habet, penitus convelli. Absurdum autem est affirmare eos, qui XV saeculis ab apostolis distabant, melius sensum et mentem Christi asseditos esse in ciatis oraculis, quam societas illa intellexerit a Christo ipso instituta, quæ ejus doctrinam statim in proxim deduxit.

Resp. II. Ad 1. Dist. Expresse, Tr. vel C. implicite. N. Ut ex dictis patet. In subsidium propterea traditionem advocavimus. Videant protestantes rejecta traditione, quomodo ab his anabaptistarum argumentis se extricent (4).

Ad 2. neg. Ad tres autem adductas probationes petitas ex instructione, fide et penitentia, D. et hæc sufficientia adultos, C. infantes, N. Quod ex substrata materia liquet.

Ad 3. Dist. Et ejusmodi Christi effatum præ se fert conditionem necessariam ad ingressum regni celorum, C., mandatum, subd. Quoad adultos, C., quoad infantes, N. Nec enim ob violatum Christi mandatum de suspicendo baptismo infantes non abluti arcuntur a Dei regno, sed ob originalem noxam, qua sunt contaminati. Negamus porro paritatem in eo, quod adversarii obtrudunt ex eucharistia, diversam siquidem utrinque sacramenti necessitatem Ecclesia semper agnovit (2).

Ad 4. Dist. Ob assignatam disparem utrinque sacramenti necessitatem, C., secus, N. Quod idoneo loco ostendemus.

Ad 5. Dist. Fides est necessaria in adultis. C., in infantibus, N. Superior vidimus quod ex s. Augustino, infantibus *Credere est baptizari, non credere, est non baptizari* (3); et sic respondetur ad singula objecta Scripturarum testimonia. Hinc præterea totum labescit protestantium systema de sola fide justificante. Ridendum se prodit Calvinus, qui, ut se liberaret ab hac molesta anabaptistarum difficultate, reposuit infantes in actu baptismi *irradiari exigua quadam scintilla fidei* (4) Lutherani ut se pariter ab eadem difficultate

(1) Profecto protestantes, constituto semel principio de Scriptura tanquam unicæ et adequata credendorum regula, omnem sibi viam occluserunt ad solvendas anabaptistarum difficultates. Etsi enim maxime conati sint ex sacris Litteris argumenta promovere, quibus ostenderent validum esse infantium baptisma; anabaptista tamen ea penitus evertunt, ac longe validiora ex iisdem Scripturis argumenta urgent adversantes protestantes, qui statuerunt sacramenta non esse, nisi pignora ac signa adjectæ justitia per fidem seu fiduciam in divinas promissiones, cuius tamen fidei infantes incapaces sunt. Divinas prorsus providentia consilio factum esse arbitror, ut vix quinquennio elapsa a protestantismi ortu insurrexerint anabaptiste, qui iisdem protestantium principiis innixi, istorum hypothesis absurdam esse ostenderunt. Hoc ipsum paulo post magis enituit ex controversiis socinianorum et remonstrantium. Ita Deus cacos hos duces confudit!

(2) Et hic, seposito Ecclesia sensu ac magisterio, impossibile est protestantibus ostendere adversus anabaptistas disparem utrinque sacramenti, baptismi scilicet, et eucharistie necessitatem, cum Scriptura vix non eadem ratione de utroque sacramento disserant, et praxis sex fere prioribus saeculis oblinuerit, utrumque sacramentum infantibus administrandi, ut suo loco dicemus.

(3) Lib. I. *De Peccatorum meritis et rebus*. cap. 27. n. 40.

(4) Instit. lib. iv. cap. 16. § 19. cuius verba hæc sunt

extricent, teste Wegscheider: *Fidem, realem, actuatem, personalem, subjective propriam, implicitam et directam infantibus, reflexam et explicitam adultis tribuunt* (1). Nescio an tam solidae responsioni anabaptistae acquiescant.

Ad 6. Dist. Si Christo baptismus fuisse necessarium ad salutem perinde ac nobis, C. Si libere et ad humilitatis tantum exemplum Christus se eidem subjecit, N. Ita S. Gregorius Naz. anabaptistarum difficultatem præveniens (2).

Ad 7. Dist. Distulerunt baptismus ob peculiares causas, C., ob anabaptistarum principia, N. Usus enim differendi baptismi non illæ fuerunt causæ, quas comminiscuntur anabaptistæ, sed aliae illis peculiares. Nonnulli enim prorogabant baptismum, ne cogarentur contractas post baptismum maculas luctuosæ pœnitentiæ stadio cluere, quia catechumeni penitentia canonica non subjiciebantur. Nec aliud fere spectabant plerique eorum, qui baptizari differebant, quam ut interea peccandi libertatem non amitterent (3): quidam, ut ad recipiendam gratiam variis virtutum actibus exculti digniores se præberent; quæ praxis etsi in speciem bono munita fuerit consilio, Ecclesiæ dispiuit quæ consuevit prolem recenti partu editam ad baptismi susceptionem admittere, ut justificationem adipisceretur (4).

Ad 8. Dist. Ex parte adultorum, C., infantium, N. His enim hæc una præparatio sufficit, quod non opponant obicem contraria voluntatis, qui certo ab ipsis poni nequit. Quapropter antiquissima Ecclesiæ disciplina fuit nonmodo baptismum, sed etiam confirmationem et eucharistiam administrare parvulis (5).

« Quos pleno lucis suæ fulgore illustratur est Dominus, cur non iis quoque in praesens, si ita libererit, *exigua scintilla* irradieret; præsertim si non ante exiit ipsos (infantes) ignorantia, quam eripit ex carnis ergastulo? » Qui præterea mirum in modum toto hoc capite se torquet, ut se expedit ab anabaptistarum difficultatibus, neque agere se recipere ad traditionem, quam adeo despiciit in aliis argumentis, in quibus eam sibi contrariam experitur, ut non semel advertimus.

(1) Op. cit. § 170. Sed plura in hanc rem cf. apud Belarmin. Lib. de baptismio cap. 10. ubi adductis non paucis Lutheri testimoniis, ostendit, ipsum in infantibus admisisse quodammodo *actualiter* ante susceptionem baptismi; exortis porro anabaptistis, ut se extricaret ab eorum objectis, eundem negasse in infantibus necessitatem cuiusque fidei sive actualis sive habitualis, tum ante baptismum, tum in ipsa baptismi collatione. Ita se implicant novatores!

(2) Orat. XL. in sanctum baptismum n. 28. et seqq.

(3) Cf. Bened. XIV. De synodo Duce. lib. XII. cap. 6. § 7. qui plura congerit ad hoc argumentum specciantia.

(4) Cf. editt. Maur. in adnotat. ad n. 32. libri I. s. Ambrosii de excessu fratris sui Satyri, qui inter cetera scribunt: « Nihil quidem illis temporibus usitatus erat, quam hoc sacramentum usque ad provectionem ætatem protrahente, quod cum a multis ea mente fieret, ut liberius cupiditatibus suis fræna laxarent, a patribus graviter reprehendebatur, quemadmodum in Ambrosio nostro saepius licuit observare. Verum Satyri vita tam pie sancteque instituta hic describitur, ut hujusmodi suspitione porsus liberetur. Potuit nihilominus ipse hoc de se caute vereri, quod de Augustino Monica mater, nimurum ne baptismalem gratiam, qua eum numquam excidisse Ambrosius testatur aliquo juvenili astu abruptus amitteret, si ad eam immaturiori adhuc ætate accessisset. »

(5) Cf. Dissertat. P. Jo. Haiden S. J. De instituto Ecclesiæ infantibus mox cum baptismu conferendi sacramenta

Ad 9. Dist. Si ageretur de eo, quod unicuique jure naturæ liberum est, cuiusmodi, e. g., esset matrimonium contrahere, vel clericalem statum eligere, C., si de eo, quod quisque jure naturæ præstare tonetur, prout est Dei iussio obtemperare, N. Quin et contrario crudeliter nimum esset et ab omni pietatis sensu abhorrens, divinum infantibus remedium denegare. Numquid crudelitatis aut injustitiae speciem habet, ægrotum opportuna medicina sanare? Verum de hoc alias iterum.

II Obj. 1. Ejusmodi praxis tingendi infantes abhorret a patrum sensu, ut enim observant Vives (1), Grotius (2), Salmasius (3), Svecerus (4), aliqui, soli adulti patrum sententia baptizandi erant; ac primis sæculis nemo accipiebat baptismus, qui prius non fuisse in fide instructus et non potuisse testari se credere articulos fidei. 2, canone proinde 6° concilii Neocesar. statuit, posse baptizari mulierem quæ uterum gerit cujus decreti haec ratio affertur: *Necesse enim ea quæ parit, cum factu qui parit, in eare habet aliquid commune quod proprium uniuscujusque institutum ac propositum in confessione ostendat* (5); ac 3 Tertullianus lib. de Bapt. aperte scribit: *Ait quidem Dominus, nolite illos prohibere ad me venire. Veniant ergo dum adolescentes, veniant dum discunt, dum quo veniunt docentur; sicut christiani, cum Christum nosse potuerint. Quid festina innocens astas, ad remissionem peccatorum* (Cap. 18)? Sic etiam Gregorius Naz. Melius fore existimavit, si homines sacro fonte provectiores ætate adspicerentur (6). Neque ab his dissentit s. Hieronymus, qui in cap. ult. s. Matth. scribit fieri non posse, *Ut corpus baptismi recipiat sacramentum, nisi ante anima fidei receperit veritatem* (In v. 18). Ut autem ab his rationum momentis se liberarent, qui contrariam consuetudinem tuebantur respondere solebant. 5. eos infantes cre-

confirmationis et eucharistia;

quæ reperitur in Thesauro theologico Zachariae tom. x. part. 1. pag. 217. et seqq.

(1) Adnot. in lib. I. de Civit. cap. 57. ubi ait: « Olim neminem adnotum fuisse sacro baptisterio, nisi adulta jam ætate, et cum idem ipse et sciret quid sibi mystica illa aqua vellet, et se illa abliu pateret, nec semel pateret. » Quod adnotatio ab editoribus Lovaniensibus Opp. s. Augustini expuncta fuit.

(2) In adnot. ad cap. 10. 15. s. Matthæi, ubi prolixam intinxit disputationem. Cf. in Criticis sacris t. 8. p. 681.

(3) Epist. ad Justum Pacium sub nomine Simplicii Verini apud Sticerum loco mox citando.

(4) In Thesauro Ecclesiastico tom. II. ad vocem οὐατας pag. 1156.

His omnibus præverat Walafridus Strabo, qui floruit an. 830. Sic enim scriptis in lib. de Rebus Ecclesiast. cap. 26. « Notandum deinde, primis temporibus, illis sollempnibus baptismi gratiam dari solitam, qui et cor, oris et mentis integritate jam ad hoc pervenerant, ut scire et intelligere possent, quid emolumenti in baptismio consequendum, quid confitendum, atque credendum, quid postremo in re natu in Christo esset servandum. »

(5) Ita ex versione Gentiani Herveti apud Labb. Collet. conc. tom. I. col. 1482.

Græcæ enim textus in iis, quæ ad rem nostram faciunt, ita se habet: Διὰ τὸ εἰσερχόμενον θεῖον πάντας καὶ φύγει τὸ θεῖον.

(6) Orat. cit. n. 27. ubi scribit: « De reliquis (infantibus), quibus nullum ingruit mortis periculum ita censeo, et triennio expectato, aut aliquanto breviori aut longiori, temporis spatio... ita demum per magni baptisimi sacramentum et animos et corpora sanctificent τὸ θεῖον διάλογον γενέσην τὴν τριάντα ἀποκαλυπτας ἡ μητέρα τοῦτο. οὐτος γεγένεν καὶ φύγει καὶ σώζεται τὸ μητέρα παντοποιεῖ.

dere per fidem parentum, susceptorum, Ecclesiæ, que eis vicariam lingua accommodat ad actum fidei per sponsores eliciendum; quod quam absurdæ et inepte diceretur, liquet ex iis, quæ episcopus Bonifacius objiciebat Augustino: *Si constituam, inquit, ante te parvulum, et interrogem utrum cum creverit futurus sit castus, vel sur non sit futurus: sine dubio respondebis: nescio. Et utrum in eadem parvula ætate constitutus, cogitet aliquid boni vel mali, dices: nescio. Si itaque de moribus ejus futuris nihil audes certi promittere, et de ejus præsenti cogitatione: quid est illud, quod quando ad baptismum offeruntur, pro eis parentes tanquam fidelictores respondent et dicunt, illos facere quod ætas cogitare non potest, aut si potest, occultum est, etc.* (1) Adeo vero parum apte, inconvenienter adeo et frigide, inquit anabaptistæ, has difficultates solvit Augustinus, ut nemini satisfacere videatur. Dicit enim parvulos non habere fidem sacramenti, habere tamen fidem sacramentum, ut nunc dicatur habere eos fidem non actualem, sed habitualem, quæ quidnam sit, se intelligere non posse adversarii ipsi proficiuntur. Ergo.

Resp. ad 1. Neg. A. ad 1 prob. Dist. Id observant contra omnem veritatem, a nescio quo spiritu ducti anabaptistæ, seu potius socinianis velificandi, C., juxta rei veritatem, N. Ex iis enim quæ superius protulimus documentis contrarium omnino constat, alioquin nec de infantium baptismo conquestus est Tertullianus, neque ex universalis praxi infantes baptizandi collegissent patres doctrinam de peccato originali; neque pelagiani jure infantes baptizari concessissent saltem ad regnum Dei consequendum (2). Nec de susceptoribus infantium tot tantaque extarent in veterum patrum scriptis, et in antiquis liturgiis; nec de infantibus baptizatis referta esset veterum temporum historia non minus quam recentiorum (3). Hos

(1) Apud s. August. Epist. XLVIII. n. 7.

(2) Sane Celestius ipse in libello, quem Romæ edidit fassus est « Infantes baptizari in remissionem peccatorum, secundum regulam Universalis Ecclesiæ, et secundum Evangelii doctrinam », ut refert s. Aug. lib. De peccato origin. cap. 5.

(3) Cf. Jo. Gerard. Vossium Disput. XIV. de baptismismo, qui diligenter collegit patrum græcorum et latinorum testimonia, nec non conciliorum autoritatem magno numero pro paedobaptismo. Ex his porro erroris arguitur Walafridus Strabo, nec non Svecerus, qui loc. cit. scribere non dubitavit: « Primitus duobus sæculis nemo baptismus accipiebat, nisi qui in fide instructus, et doctrina Christi imbutus, testari posset, se credere propter illa verba, qui crediderit et baptizatus fuerit. » Ergo prius erat credere. Item erroris expostulatur Grotius, qui pariter loc. cit. scribit: « Videtur autem mihi antiquitus baptismus infantium multo magis in Africa, quam in Asia aliusque mundi partibus fuisse frequentatus, et cum majori quadam necessitate opinione. » Et paulo post: « Græcorum plerique ab omni ævo ad hunc diem morem servant diffundi parvorum baptismum, donec ipsi fidei sue confessionem possint edere. » Etenim, ipso Grotio non diffidente, Constitutiones antiquissima apostolica prescribunt: « Baptizate etiam parvulos vestros, et eos educate in bona disciplina et præceptis Dei. » Βαπτίζεται διὰ νεόν καὶ τὰ νέα, καὶ επιφέρεται τὸ βαπτισμὸν καὶ τὸν νεόν. Οὐδὲν Ι. VI. cap. 43. in quem locum cf. adit. Cotelieri. De paedobaptismo præterea, ut vidimus, ex Græciis loquitur Origenes, loquitur vetus auctor Questionum et Responsorum ad Orthodoxos. Quest. LVI. Porro Renaudotius in op. Perpetuitate de la foi, tom. V. liv. II. chap. II. suivi. falsitas arguit gratuitam Grotii assertiōnem de dilatione baptismi apud Græcos et Orientales usque ad annos discretiōnes.

auctores decepit multorum abusus, V. præsertim saeculo, protrahendi baptismum usque ad adultam aut seram ætatem, quandoque etiam ad extremam usque vite periodum ob recensitas causas; quem quidem abusum ægre semper tulit Ecclesia, ac patres passim in eum insurrexerunt.

Ad 2. Dist. Ut suadeat genitricis fidem et baptismum infantibus in utero delitescentibus non prodesse, C. in lucem editis per collationem baptismi, N. Ceterum ejusdem ponderis non sunt rationes in canonibus usurpatæ, ac canones ipsi, ut TT. suo loco ostendunt (1).

Ad 3. Dist. Ex singulari istorum patrum sententia et citra mortis periculum, C. sensus, N. Unius porro aut alterius doctoris et patris cogitatum non esse decreto totius Ecclesiæ preferendum, monuit hac in re ex Vincentii Lirinensis effato Jo. ipse Gerardus Vossius, quamvis heterodoxus, allegatis prius patrum omnium, antiquissimorumque conciliorum testimonias, quæ vim, virtutem et recepiissimam baptismi infantium consuetudinem tradidere (2).

Ad 4. Neg. Hieronymus enim illuc loquitur de sois adultis; qui propterea ad Lætam sribens affirmat, filios reos esse peccati, si baptismus non accepterint, et scelus referri ad eos qui dare noluerint (N. 6. ed. Vallars. tom. I pag. 678); et Dial. III. adv. pelagian. tradit, infantes *In remissionem peccatorum baptizandos* (Num. 47. 18. 19).

Ad 5. Dist. Infantes credere per fidem parentum, etc. id est collatione ipsa baptismi, C. alia ratione, N. Ille sensus accipi debent, quæ de vicaria fide, lingua, sponso, traduntur; quare necesse non est ut susceptores scient utrum infantes futuri sint casti necne, utrum sint necne credituri. Id vero certum est, totum interrogandi, respondendi, abrenuntiandique in baptismio ritum pro adultis fuisse primitus institutum; parvulis postea fuisse accommodatum, ut quod proprie fit in adultis, per quamdam similitudinem in solem aut publico baptismo fieret in parvulis; qui

(1) Circum sensum hujus canonis interpres divisi sunt. Documentum Albaspinæ cum Martino Bracensi hunc canonicum sic interpretatur: « Nam nihil in hoc participat mater infanti qui nascitur; propterea quod unicuique propria voluntas in confessione monstretur. » Videtur tunc temporis dubium excitatum fuisse an potuerit tingi naulier que utrum gestaret, ne una cum matre fœtus baptizatus esset censendus. Concilium vero Neocesiarense declarat posse naulierem gravidam baptizari, quia ejus baptismus nihil commune habet cum fœtū, qui nondum in lucem editus sit. Quare mihi verisimilius videtur, hunc canonis sensum esse; unquamque seorsim debere aquæ baptismatis lustrari per propriam confessionem, quam vel adultus per se, vel infans aliorum ore emitteret, idque juxta disciplinam, quæ etiam tunc tempore vigebat, ut susceptores seu fidei responderent pro infantibus baptizandis.

(2) Cf. cit. Thesi XIV. Verba autem Vincentii Lirini extant Commonit. cap. 59. Ceterum, ut animadvertisit Coteleri annot. cit. in lib. VI. Constit. Apost. id solum colligitur ex his patrum dictis, demento necessitatis casu, nullam tunc temporis Ecclesiæ legem exitisse, que tempus prescriberet, quo infantibus esset administrandum baptismum. Dixi *demptæ necessitatis casu*: uterque enim, Tertullianus scilicet et s. Greg. Naz. instantे mortis periculo profitentur non solum posse, sed debere infantem baptizari, ille lib. de Animæ cap. 39. et 40. iste ibid. ait enim: « An eos quoque (infantes) baptizabimus? Ita prorsus, si quod periculum immineat. » καὶ ταῦτα βαπτιζομενοὶ πάντες, εἰς τις τις αὐθιδυσσει.

non per actualem parentum , sponsorum aut Ecclesie fidem, sed per sacramentum fidei salvantur, quod est baptismus, et per habitum fidei in collatione baptismi illis divinitus infusum. Hoc autem formaliter, ut aiunt, et habitualiter fideles efficiuntur (1). Quo igitur abeunt tot Bonifacii nuge, quas tanti faciunt anabaptistæ?

PROPOSITIO II.—*Parvuli baptizati, cum adoleverint, interrogandi non sunt an ratum habere velint, quod patrini eorum nomine, dum baptizarentur, polliciti sunt : et ubi se nolle responderint, non sunt suo arbitrio relinquendi.*

De fide est, utpote a Tridentino sancta Can. XIV. de Bapt. Si quis dixerit hujusmodi parvulos baptizatos, cum adoleverint interrogandos esse, etc.

Duo, ut patet, complectitur propositio fidem et mores, utrumque enim sponsores ex nomine infantium in collatione baptismi polliciti sunt; tenentur itaque infantes, cum adoleverint, utrumque præstare, quin interrogari debeant, an ratum, quod corum nomine promissum est, habere velint.

Priusquam utramque propositionis partem vindicemus, status questionis aperiendus est. Hec enim quæstio satis celebris effecta est, postquam ex protestantium principiis Rousseauvius et Freretus illam primum promoverunt circa adulti; anonymous autem quidam circa finem saeculi elapsi, sub emento genevensis philosophi nomine, applicavit ad infantes.

Essentia siquidem protestantismi consistit in triplici libertate, *examinis videlicet, fidei et cultus, quibus et quarta adjici debet libertas, nempe morum seu conscientiae; basis enim christiane moralis est fides.* Contra vero, essentia catholicismi consistit, ut ita loquar, in auctoritate Ecclesie infallibilis proponentis veritates a Deo revelatas, ideoque in *unitate fidei, cultus et hierarchie, ac proinde et morum.*

Exinde factum est, ut frequens apud protestantes ac passim recepta sit calumnia, temerariam et cæcam esse in catholica Ecclesia rudium christianorum fidem. Rousseauvius et Freretus dum eadem tela tractant, paulo vividius in nos pugnant, seu revocant manichæorum placita, que s. Augustinus jamdiu disjecerat, præsertim in libro de utilitate credendi (2).

Ex hac generali controversia profluxit altera partialis, eorum nempe, qui contendunt catholicis pueris cum rationis beneficio frui cœperint, dubitationem esse permittiendam de religionis ecclesiæque sua veritate, quoque, re bene perspecta, cui parti hærendum

(1) Susceptores seu fidejussores onus in se suscipiant, infantem, cum adoleverit, rite pieque instituendi in Christi doctrina, informandique ejus mores ad vitam ducentam professione christiana dignam, ut patet ex Tertulliano lib. et loco cit. Cf. Marten, de antiquis Eccl. ritib. lib. 1. cap. 4. art. 16. § 10. et seqq. et Joseph. Vicecomitem de antiquis bapt. ritib. lib. 1. cap. 50. et seqq. qui pluribus hoc argumentum persequitur.

(2) Horum incredulorum argumenta profert et expendit Spedalieri in op. *Analisi dell'esame critico del sig. Nic. Freret* cap. 12. art. 4.

sit, prudenter deliberent. Quam opinionem circa medium, ut innuimus, seculi elapsi propugnavit anonymous, datus ad Anysii Podii episcopum litteris. Ille enim episcopus in opere, quod adversus incredulos ediderat, de rationis usu et jure agens in religionis negotio, affirmaverat fati nos quidem, ratione non comprehendere quid credendum sit, mysteria scilicet, quæ rationis aciem excedunt, tamen in examen revocare quare credendum sit, nec actum fidei posse Deo acceptum esse, nisi ex prudenti motivo credibilitatis processerit (1). Sic ille, ut Rousseauvius et Freretus responderet objicientibus, a catholicis omnem rationis usum interdicci in religionis negotio.

Verum Anonymous ille subsumpsit, Catholicos verbis rationis usum extollere, factis et præxi negare. Etenim, si non potest Deo gratus et acceptus esse fidei actus, quem non praecesserit examen motivorum credibilitatis; ergo, inferebat, parvulis baptizatis, cum adoleverint, danda est facultas ejusmodi examinis instituendi, ut sciunt quare credant, alioquin cœco more, ex fanatismo ac enthusiasmo credant, et solum quia ita fuerunt instituti. Ne igitur hoc admittatur, debent illis exponi omnia motiva, quod dum sit, debent ipsi omnem assensum cohibere ac suspendere donec omnibus rite perpensis ac de omnibus persuasi, eliciant fidei actum. Tum poterit dici rationabile obsequium fidei. Ast praxis Ecclesie romane adeo distat ab hoc examine, ut vetet interrogare pueros cum ad annos discretionis pervenerint, an ratum habere velint, quod patrini eorum nomine polliciti sunt, et cogit eos ad credendum sive persuasi sint, sive non (2).

Nostrum igitur est, vindicare Ecclesie catholice proxim ostendendo, hos pueros non sine motivo credere, ac propterea ipsis permittendum non esse examen dubitativum articulorum fidei. Dixi dubitativum, duplex siquidem examen distinguuntur, alterum quod vocant dubitativum, cum nempe mens anceps et suspensa hæret circa veritatem alicujus articuli; alterum, quod appellant confirmativum, cum scilicet ali-

(1) Hac autem intelligi debent de iis, qui ex infidelitate aut incredulitate ad veram fidem pervenire cupiunt. His enim permitti potest, imo quandoque necessarium est, saltem de via ordinaria, examen extrinsecum, ut vocat, motivorum credibilitatis. Nam quod eos, qui in errore versantur, dubium est veluti primus gradus, ut alias innimetus, ad veritatem; hoc porro dubium ipsi excutere debent per examen motivorum credibilitatis, quibus fulcitur vera religio, atque in hoc examine instituendo partes suas exercit humana ratio. Hinc apposite s. Thomas 2. 2. q. 1. a. 4. ad 2. « Ea, quæ subsunt fidei, inquit, duplicer considerari possunt: uno modo in speciali, et si non possumus esse simul visa et credita. Alio modo in generali, scilicet sub communis ratione credibili, et sic sunt visa ab eo, qui credit. Non enim crederet, nisi videret ea esse credenda, vel propter evidentiam signorum, vel propter aliquid hujusmodi.» Sæpe tamen, ut dicemus, neque hoc examine opus est.

(2) Cf. Op. cui titulus: *Controverse pacifique sur l'autorité de l'Eglise*, ou lettres de M. D. C. à l'évêque du P. avec les réponses de ce prélat. pag. 12. stiv. et pag. 27. Cf. etiam *Dictionnaire historique*. Art. *Le Franc de Poncyprien* (Jean-Georges). De hac controversia ab anonymous philosopho genevensi excitata sec. elapse fuse agit ad rem suam Gerbet in op. *des doctrines philosophiques sur la certitude*. Paris, 1826. Cap. 8. pag. 173. et seqq. Adversus quem Cf. P. J. L. Rozaven S. J. in op. *Examen d'un ouvrage intitulé des doctrines philosophiques sur la certitude*. Avignon, 1831. Chap. 7. pag. 341. et seqq.

quid pro certo habetur, sed ignorantur peculiaria motiva seu rationes intrinsecæ, quibus tales veritates innituntur, nec prodit ejusmodi ignorantia nisi negationem scientiæ. Prius examen cum fide consistere nequit, posterius bene cohæret (1).

His positis, premitendum adhuc est, infantes, cum baptizantur, consequi habitum fidei, qui consistit in illa dispositione, quam gratia baptismatis ipsi confert, ut facile erumpant in fidei actum, cum illis proponuntur objecta fidei credenda (2). Hinc, si nihil obstat, vix ipsis ab Ecclesie fidei articuli proponuntur cum suo motivo formal, auctoritate scilicet Dei revelantis, statim acquiescant, et actum fidei elicunt, præventi, ut supponitur et adjuti auxiliis gratiæ ad id necessarii. Nunc vero parvuli laboris est enuntiatam propositionem directe adstruere et vindicare, quod ut obtineamus, sic progressum: illud examen permitti non debet hujusmodi parvulis, quod 1. destruit dispositionem ab iis in baptismus adeptam; 2. quod est fidei totius eversivum; 3. quod non potest esse illorum ætati accommodatum; 4. quod denique suppletur per Ecclesie auctoritatem. Atqui tale est examen, quod juxta protestantes permitti deberet infantibus baptizatis, cum rationis usum attigerint. Ergo.

I. Sane examen dubitativum et suspensum destruit dispositionem in baptismus adeptam. Per baptismum enim, ut diximus, infunditur seu tribuitur habitus fidei, dispositio scilicet proxima ad eliciendos suo tempore fidei actus. Porro hæc dispositio destruitur per examen dubitativum. Nam per hoc revocantur in dubium ea, quibus per fidem firmiter adhærente intellectus et voluntas debent. Dubium enim et firma adhæsio mutuo se destruant atque collidunt, quemadmodum una simul consistere nequit sanitas cum adversa valetudine.

II. Est fidei totius eversivum. Illud enim fidei eversivum est, ex quo nullus alius percipitur fructus quam fidei eversio, tale autem est ejusmodi examen. Etenim per ipsum debent omnes et singuli articuli perpendiculari, opus esset inquire ipsorum fundamenta, expendi illos Scripturarum textus quibus inniti dicuntur, conferri ad invicem, ipsorum germanum sensum attingi, et quidem spiritu uniuscujusque privato ac prout unusquisque affectus est; hec porro via universum labefactat fidei systema. Non alia ratione,

(1) Ex his intelligimus prudenti omnino consilio non ita pridem ab Archiepiscopo Coloniensi adversus blandientes novitatem hanc thesim inter ceteras, subscribendam clero suo propositam esse, que n. 1. est: «Credo et confiteor damnabiliter esse errorem, si quis dubium positivum tanquam basim omnis theologiae inquisitionis facere tentet, quoniam hæc via tenebrosa et ad errorem omnigenum ducens declinat a regio trame, quem universa traditio et ss. patres in exponendis et vindicandis fidei veritatis stravere.» Quid porro sentendum de harum novitatum auctore, qui dicitur viginti annos insumpsisse ad certo sibi persuadendam existentiam Dei? Cf. que scripsimus de Hermesio in Tract. de Vera rel. P. 2. n. 64. n. (1).

(2) Cf. S. Th. 2. 2. q. 6. a. 1. A. Suarezio in Tract. de fide Disp. VII. Sect. 1. n. 5. Definitur: «Habitus inclinans et dans supernaturalem facultatem eliciendi assensum, propter auctoritatem primæ veritatis revelantis.» Alii alii verbis id ipsum significant.

nec alia de causa hæreses ortæ ac multiplicatae sunt (1). Hoc veluti principium est, quod corredit ac dissolvit, ut ita loquar, unam post aliam veritates, donec tandem omnes consumpte fuerint; ut patet ex facto ipso protestantismi, penes quem tanta exorta est opinionum discrepantia, ut plerique illorum, qui sibi cohærentes fuerunt, in desperationem acti omnem abjecerint fidem, et in deismum ac rationalismum declinaverint, ut suo loco ostendimus (2).

III. Non potest esse illorum ætati accommodatum. Illud enim puerili ætati accommodatum esse nequit, quod talē cognitionum exigit apparatus, cui vix pauci vel inter ipsis doctos homines pares sunt. Si quidem ad ejusmodi examen rite instituendum requiritur apparatus scientiarum naturalium, linguarum, exegeseos, hermeneuticæ, criticæ, historiæ, etc., requiritur profunda ac diurna meditatio, comparatio, etc. quibus profecto puer, seu adolescens X. XV. aut XX. etiam annorum impar omnino est. In hypothesi propterea, quam impugnamus, semper suspendere puer et adolescens actum fidei deberet usque ad an. XL aut L. Quod si neque ea ætate posset se determinare, continget sepius debere illum prius ex hac vita migrare, quam actum fidei elicere.

IV. Velint itaque nolint adversarii hue demum delabendum est, ut sola Ecclesie proponentis auctoritate innixi parvuli debeat, cum ad rationis usum pervenerint, actum fidei elicere absque ejusmodi examen. Talis enim est Ecclesie auctoritas, ut sola possit intrinsecis motibus quorum vim pueri perpendiculari non valent, supplere; haec autem Ecclesie proponentis auctoritas vocatur motu extrinsecum, seu infallibilis fidei regula proxima (5). Quaevis alia via excogetetur aut absurdâ est, aut ad incredulitatem ducit, ut ex dictis constat.

Reliquum est, ut evincamus, non esse pueros interrogandos quoad promissiones eorum nomine factas per sponsores, an scilicet eas ratas habere velint. Quod sic ostendimus. Nec potest nec debet admitti interrogatio, qua in dubium revocatur obligatio illa, que ex jure divino et naturali exurgit; talis porro est interrogatio de qua agitur.

Sane in primis, ejusmodi interrogatione in dubium revocari contractam obligationem, patet ex eo, quod interrogatio, an quis velit hoc vel illud efficere aut præstare, supponat libertatem in eo, qui sic interrogatur; supponat solutionem a quovis vinculo. Si

(1) De origine priorum hæreticorum disserens Hegesippus apud Eusebium lib. iv. H. Ec. cap. 22. inde eam repetit, quod propria placita, seu proprias opiniones invenierint contra publicum Ecclesie magisterium. Sic enim enumeratis septem hæresibus menandrianorum, marcionistarum etc. pergit hic antiquissimus auctor: Qui seorsim singuli proprias opiniones induxerunt. Ex his orti sunt pseudo-Christi, pseudo-prophetæ, pseudo-apostoli, qui adulterinam invenientes doctrinam adversus Deum et adversus Christum ejus, unitatem Ecclesie disciderunt. Έκτοντος διεσηληθεύθησαν διά τῶν φερόμενων φυλαρχοφόρων. Φυλαρχοπόλεων. οἱ τοιοὶ λέγονται τοῖς εὐαγγελίοις ἀδειοῖς κατὰ τὸ Θεοῦ κατὰ τὸ Χριστὸν ἀδεῖον.

(2) In tract. de Vera religione P. 2. n. 177. et seqq. et n. 122. et seq.

(3) Cf. Suarez Tract. cit. Sect. 2. et seq.